



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Celestini pape.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Decreta Bonifacii pape.

eorum qui veritas agendum credunt esse consilium nunquam innocentiam nomen accipiet. Cōfiteatur enim de omnibus quibus se subterfugere iudicium dilationibus putat, veniet tamen aliquis ille qui talis phibetur in medium, nec prodest illi totiens latuisse, totiens subterfugisse quem sui actus, & commissio quocumque fugerit ea que obijciunt illi, si vera sunt crimina persequuntur. Debuerat quidem iam nunc dignam pro eius accusatis in nostro iudicio actibus que cognitionem & decretum iudicium sepe declinando credidit illudendum ferre sententiam. Hanc ne aliquis prece ei quem forsitan iudicaret, & sibi que absens est, licet sit quitus a nobis reseruatū esse nihil diceret, maluimus intercedere tempore data deferri. Cū hoc etiam eius accusatores assererent, de quorum intentionibus & moribus sit secusque maximum tanto magis dānanda committere, quanto tardius se constituto iudicio presentarit. Quē Manichæorum inuolutū caligine arguunt turpis sectæ, olim ita ne eū posset abluere animum sordidasse in probatione obiectæ rei gesta synodalia proferentes, & commissio inuolutū vndique flagitiorum nullū eū sanitatis habuisse respectū quem furore suo & insanā temeritate ad seculariū quoque iudicium tribunalia subditū questionem quod in vili quoque persona turpissimum est obijcerent peruenisse & homicidii dānatū asserunt gestis prolatis in medium. Et hūc talē post tāta taliaque commissio episcopus adhuc sibi nomen in suis latibus vēdicare in propria ciuitatis infamiam nimis doloribus conquerunt, & sanctū nomen vendicādo sibi velle polluere. Ideoque fratres charissimi que audiendus hic presentare se noluit, ne cuius forsitan ab accusantibus se clericis posset digna tandem aliquando presentatus episcopi iudicio pronuntiationis congrue ferri sententiam, quam illi hæc edocta fuerint quæ potest huius nominis esse iactura que pudorem nunquam sacerdotum habuisse phibeat, & locū suū ne modico quod tempore custodisse. Dilationem tantū dedimus, & decreuimus vestris debere intra prouinciā esse iudicium, & congregari synodū ante diem Calēdas Nouēbris, ut si adesse voluerit presentens, si confidit, ad obiecta respondet. Si vero adesse neglexerit dilationem sententiam de absentia non lucratur. Nam manifestum est cōfiteri eū de crimine, que indulto, & totiens delegato iudicio purgandi se occasione non vitur. Nihil enim interest vtrū in presenti examine omnia que dicta sunt cōprobent, cū ipsa quoque pro cōfessione procurata toties cōstet absentia. Nos autem pro omnes prouincias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignoracionis obtēdat, ut ad prouinciā venire cogat, & illic se constituto presentare iudicio. Quicquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum, cū ad nos relatu fuerit nra ut concedet necesse est autoritate firmetur. Data sub die Idus Iunias, Monario. II. C. consule.

¶ Ut nullus contempto Metropolitano ordinetur Episcopus.

D Bonifacius Episcopus vrbis Romæ Hilario Episcopo Narbonensi salutē. Difficile quidem fidē querimonijs comodamus, quare sacerdotes dñi pulsat intētio, maxime cū eos quippiā cōtra patrū statuta tētasse, sed frequēter has asserit, sicut nūc multitudo cauantū. Ecce enim ut charitas tua recognoscit ex subditis Lucubēsis ecclesiæ clerici ordo vel plebis pces suas, vel lachrymas ad nos, quātū datur intelligi magno cū dolore miserūt, dicentes Episcopo nostræ Patroclū sua petitiōe cessante, in locū decedētis Episcopi, nescio quē in aliena prouincia ptermissio metropolitano cōtra patrū regulas ordinasse. Quod nequam possumus ferre patiēter, quia cōuenit nos paternarū sanctionū esse diligētes custodes. Nulli etenim videt incognita synodi cōstitutio Nicænæ, que ita pcepit, ut eadē proprie verba ponamus. Per vnāquamque prouinciā ius metropolitanos singulos habere debere, nec cuius duas esse posse subiectas, que illi quia aliter credēdū nō est, seruādū scilicet spū suggerēte sibimet celsuerunt. ¶ Vñ frater charissime, si ita res sunt, & ecclesiā supradictā, prouinciæ tuæ limes includit nra autoritate cōmunias, que quod facere sponte deberes desiderijs supplicatiū & voluntate respecta. Ad eundē locū in quo ordinatio talis celebrata est, Metropolitanis iure munitis & pceptionibus nris fretus accede intel ligēs arbitrio tuo scdm regulas patrū, que cunq; facienda sunt, a nobis esse cōcessa, ita ut pactis omnibus, aplice sedis quicquid statueris te referēte clarescat, cui totius prouinciæ ordinationē liquet esse mandatā. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat, nec aliquid in illorum cōtumeliā partibus suis que sibi nō vident concessa defendat. Cesset hmoi pisa nra autoritate psumptio eorum que ultra dignitatis suæ limitē digitum extēdunt. Quod idcirco dicimus ut aduertat charitas tua adeo nos canonum pcepta seruare, ut ista constitutio quoque nra definiat, quatenus metropolitani sui vnaqueque prouincia in omnibus rebus semp ordinē expectet. Data, V. Calēdas Februarij, Honorio. XII. & Theodosio. X. augustis consuli.

¶ Explicunt Decreta Bonifacii pape.

Incipiunt decreta Celestini pape.

¶ De Prospero & Hilario qui quosdam Galliarum presbyteros accusant.

¶ Capitulum primum.

¶ De sancto Augustino Episcopo mira lau-

dis assertio.

¶ Præteritorum sedis apostolicæ episcoporum autoritas de gra dei contra Pelagij sectatores.

¶ Quod Adā omnes homines læserit, nec quem per li-

- per liberum arbitrium posse cōsurgere nisi
 eum gratia dei erexerit. 4
 ¶ Quod nemo sit bonus suis viribus nisi par-
 ticipacione eius qui solus est bonus. 5
 ¶ Quod nisi gratia dei continua iuu e maur infi-
 dias diaboli deuitare nō possumus. 6
 ¶ Quod p Christū libero hñ vtamur arbitrio. 7
 ¶ Quod oīa scōrū merita dona sint dei. 8
 ¶ Quod omnis sancta cogitatio & motus pię
 voluntatis ex deo sit. 9
 ¶ Quod gratia dei non solum peccata dimit-
 tat, sed etiā adiuuet ne committantur, &

præstet vt lex impleatur non sicut Pelagi-
 us ait facile quasi sine gratia dei difficilius
 possit impleri. 10
 ¶ Quod præter statuta sedis apostolicæ oēs
 orationes ecclesiæ Christi gratiā resonant
 qua genus humanū reparatur, & ab eterna
 dānatione reducit. 11
 ¶ Quod gratiā dei etiā baptizādoz testat insti-
 tuta purgatio cū exorcismis & insufflatōi-
 bus spūs ab eis expellūtur immūdi. 12
 ¶ Quod profundiores q̄stiones nec contem-
 nēde sunt, nec penitus asserende. 13



lectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Archidia-
 dio, Sillucio, & cæteris Galliarū ep̄is Celestinus, Apostolici verba
 p̄cepti sunt apud Iudæos, atq; gētiles sine offensione nos esse debe-
 re, hoc quisquis christianus ē tora animi virtute custodit. Quod cū ita
 sit nō parū periculi illi manere poterit añ dñm, qui hoc detrectat
 etiam fidelibus exhibere. Nā qualiter nos qui neminē perire volum⁹
 ista cōtristent quæ autoribus ch̄rianis pcellūt animos christianos,
 Dominicus in euāgelio sermo testat, ait em̄ ipse saluator q̄d expedit
 at scādalizātī vnū de pusillis in maris profundū demergi. Ideo q̄ sit
 iā eius p̄cena q̄ramus, cui tale supplicium legimus expedit.

¶ Capitulum primum.

¶ Filij nostri præsentēs Prosper & Hylarius, q̄z circa dñm nostrū sollicitudo laudanda est, B
 tantū nescio quibus p̄b̄is, illic licere qui dissensionē ecclesiæ studeāt sunt apud nos profe-
 cuti, vt indisciplinatas q̄stiones vocātes in mediū pertinaciter eos dicāt p̄dicare aduersan-
 tia veritati. Sed v̄ræ dilectioni iustius ip̄tamus, q̄n̄ illi supra vos habēt copiā disputandī,
 Legimus sup magistrū nō eē discipulū, hoc ē non sibi debere quenquā ad iniuriā doctoz
 vendicare doctrinā. Nā & hos ipsos à deo nō positos nouimus ad docendū, cū sit docēte
 apostolo eis tertius locus intra ecclesiā deputādus. Quid illic speciei est vbi magistris tacē-
 tibus hi loquūtur: Qui si ita est eoz discipuli nō fuerūt, timeo ne cōniere sit hoc tacere, ti-
 meo ne magis ipsi loquātur qui p̄mittūt illis taliter loqui. In talibus causis nō caret suspitōe
 taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito nāq; causa nos respicit, si
 silētio faueamus errori. Ergo corripiant h̄mōi, nō sit his liberū habere p̄ voluntate sermonē
 deserat si ita res sunt incessere nouitas vetustate, definat ecclesiæ quietē inquietudo turba-
 re. Conātur sæpe naufragio mergere, q̄s intra portū stātes statio facit fida securos. Fida qp̄-
 pre est oīm statio, q̄rum p̄fectis gressibus vestigia nō mouētur. Recurrerūt ad apostolicam
 prædicti sedē h̄c ipsa nobis q̄ tētat pturbatio conquirit. Habete fratres charissimi pro
 catholicæ plebis pace tractatū. Sciant se si tamen cēseantur presbyterij dignitate vobis
 esse subiectos, Sciant om̄es qui male docēt q̄d sibi discere magis ac magis cōpetat quā do-
 cere. Nā quid in ecclesiis vos agitis, si illi summā teneant p̄dicandī: Nisi forte illud obsistat
 quod nō autoritate, nō adhuc ratione colligitur, vt aliqui ē fratrū numero nuper de laicoz
 cōsortio in collegiū nostrū fortassis admissi, nesciant quid sibi debeāt vendicare. Super his
 multaiam dicta sunt eo tempore quo ad fratris tuēdi dedimus scripta responsū, nūc ta-
 men repetētes sæpius admonemus vetētur h̄mōi qui laborāt p̄ terras aliud quā ille noster
 iussit agricola seminare. Nec tñ mirari possumus, si h̄c erga viuētes hi nūc tētare audēt, qui
 nitunt etiā quiescētium fratrum memoriam dissipare.

¶ Augustiniū sanctæ recordatōis virū quē pro vita sua atq; meritis in n̄ra cōmuniōne C
 semp habuimus, nec vnquā hūc sinistre suspitōis saltē rumor aspersit, quē tantę scientiæ
 olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiā añ à meis semp decessoribus habe-
 retur. Bene ergo de eo oēs in cōmune senserūt, vtpote qui vbiq; cūctis & amoris fuerit & ho-
 nori, vnde resistatur talibus quos mala crescere videmus, nefas est hęc pati religiosas ani-
 mas, quaz afflictione, quia mēbra nostra sunt, nos q̄q; cōuenit macerari, quamuis maneat
 hos beatitudo promissa quicūq; probātur p̄secutionē propter iustitiā sustinere, quibus qd
 promittat dñs in futurū sequēs sermo declarat. Nō est agentiū causa solarū, vniuersalis ec-
 clesiæ quacūq; nouitate pulsatur. Intelligamus h̄c ipsa vobis quæ nobis nō placēt displice-
 re. Quod ita demū probare poterimus, si imposto improbis silentio de tali re imposterum
 quærela cessabit. Dominus incolumes vos custodiat fratres charissimi.

¶ Quia

Decreta Celestini pape.

- D III.** ¶ Quia nonnulli catholico nomine gloriantur in damnatis hæreticorum sensibus seu prauitate siue perperitia demorantes pissimis disputationibus obuiare presumunt. Et cum Pelagium atque Celestinum anathematizare non dubitent, magistros tamen vestros tanquam necessarium modum exceperint obloquuntur, eaque tantummodo sequi, & probare profitentur quod sacratissima beati apostoli sedes contra inimicos gratiæ dei per mysterium presulorum sanxit & docuit. Necessarium igitur fuerit diligenter inquirere quod rectores Romanæ ecclesiæ de hæresi quæ eorum temporibus exorta fuerat iudicauerint, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quod de gratia dei sentiendum esse censuerint, ita ut etiam Africanorum concilio quosdam sententias iungeremus, quas utique suas fecerunt apostolici antistites eum probarunt. Ut ergo plenius quod in aliquo dubitatur, instruantur, constitutiones sanctorum patrum compendioso manifestemus indiculo. Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnem disputationum connexionem ex hac subditarum autoritatum breuitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat & dicat.
- E IIII.** ¶ In purgatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem, & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia dei miserentis exerit pronuntiante beatæ memoriæ Innocentio, atque dicente in epistola ad Carthaginenses concilio. Liberum enim arbitrium ille perperitus dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in purgationis profunda demersus est, & nihil quæadmodum exinde resurgere posset inuenit, suamque in æternam libertatem deceptus huius ruina latuisset oppressis, nisi eum postea Christi per suam gratiam releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteriti peccati vitium sui baptismatis lauacro purgavit.
- F V.** ¶ Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet qui solus est bonus. Quod in eiusdem scriptis eiusdem pontificis sententia protestatur dicens, Numquid nos de eorum post hæc recedimus metibus æstimemus, quod sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant, cuius quotidie gratiam consequuntur qui sine illo tantum se assequi posse confidunt.
- G VI.** ¶ Neminem etiam baptismatis gratia renouatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium dei perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit, quod eiusdem antistitis in eiusdem paginis doctrina confirmat dicens. Nam quauis hominem redimeret a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare ad reparationem sibi, quæadmodum posset illum, & post ista corrigere multa seruauit, quotidiana præstans illi remedia quibus nisi freti confisimur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necessesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur.
- H VII.** ¶ Quod nemo nisi per gratiam libero bene utatur arbitrio. Idem magister in epistola ad Mileuitanum concilium data predicat dicens, Aduerte tandem o prauissimam mentium peruersam doctrinam quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius vitur in præuaricationis presumptionis incederet, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statum pristinae libertatis Christi domini reformasset aduentus.
- I VIII.** ¶ Quod omnia studia & omnia opera ac merita sanctorum ad dei gratiam laudemque referenda sunt, quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donauerit, in qua nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zozimi regularis autoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait. Nos autem instinctu dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt unde nascuntur) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersam retulimus. Nunc autem sermonem syncerissimæ veritatis luce radiantem tanto Aphri episcopi honore venerati sunt, ita ut ad eundem virum rescriberent, illud verò quod in literis quas ad vniuersas prouincias curasti esse mirandas posuisti dicens, nos tamen instinctu dei, &c. Sic accepimus dictum, ut illos qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrii libertatem districto gladio veritatis velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecistis arbitrio, quod quod vniuersa in nostram humilitatis conscientiam retulistis, & tamen instinctu dei factum esse fideliter sapienterque vidistis veraciter fideliterque ut dixistis, ideo utique quia preparatur voluntas a domino, & ut boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei, ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis moribus magis illius valere non dubitemus auxilium.
- K IX.** ¶ Quod ita deus in cordibus hominum, atque in ipso libero opere arbitrio, ut sanctam cogitationem primum consilium omnisque motus bonæ voluntatis ex deo sit, quod per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hæc enim nos professione idem doctor instituit, quod cum ad totius orbis episcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur, quod ergo tempus ait interuenit, quo eius non egeamus auxilio. In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus, adiutor & preceptor orandus est, superbum est enim ut quicquid sibi humanam naturam presumat, clamante apostolo, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aeris huius, contra spiritualia nequitie in

tiæ in celestibus. Et sicut ipse iteꝝ dicit. Infelix ego hō, q̄s me liberabit de corpore mortis huius. Gr̄a dei p̄ Iesum Christū dñm n̄rm. Et iteꝝ gratia dei sum id q̄d sum, & gratia eius in me vacua nō fuit, sed plus illis omnibus laboraui, nō ego aut̄, sed gratia dei mecū.

X ¶ Illud etiam quod intra Carthaginēsis synodi decreta constitutū est, quasi proprium apostolicæ sedis amplectimur, q̄d scilicet tertio capitulo definitum est, vt quicūq; dixerit gratiā dei qua iustificamur, p̄ Iesum Christū dñm nostrum ad solā remissionē peccatorum valere quæ iam commissa sunt, nō etiam ad adiutorium vt non committantur, anathema sit. Et iteꝝ quarto capitulo ait, vt si quis dixerit gratiā dei p̄ Iesum Christū, p̄pter hoc tantum nos adiuuare ad nō peccandū, quia per ipsam nobis reuelat, & aperit intelligētia mādatōꝝ, vt sciamus qd appetere, & qd vitare debeamus, nō aut̄ p̄ illā nobis p̄stari, vt quid faciendū cognouimus etiā facere diligamus atq; valeam⁹, anathema sit. Cū em̄ dicat apostolus sciētia inflat, charitas vero ædificat valde, impiū est vt credamus ad eā q̄ inflat nos habere gratiā Christi, & ad eam quæ ædificat nō habere, cū sit vtrūq; donū dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante charitate sciētia nō possit inflare. Sicut autem de deo scriptum est, qui docet hominē scientiā, ita scriptum est etiā, charitas ex deo est. Item quinto capitulo, vt quisquis dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt qd facere per liberum arbitriū iubemur, facilius possimus implere p̄ gratiam, tanquā & si gratia non daretur non quidē facile, sed tamen possimus etiā sine illa diuina implere mādata, anathema sit. De fructibus enim mandatōꝝ dñs loquebatur, vbi non ait, sine me difficilius potestis facere, sed ait, sine me nihil potestis facere.

XI ¶ Præter eas aut̄ beatissime & apostolicę sedis inuolabiles sanctiōes, quibus nos piissimi patres pestiferę nouitatis elatione deiecta, & bonę volūtatis exordia, & incrementa p̄babilū studiosq; & in eis vsq; in finē p̄seuerantiā ad Christi gratiā referre docuerūt, obsecrationū quoq; sacerdotalium sacramēta respiciamus, q̄ ab apostolis tradita in toto mūdo atq; in communi ecclesia catholica vniformiter celebrantur, vt legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarū plebiū p̄sules mandata sibi met legatione funguntur apud diuinam clementiam humani gn̄is agunt causam, & tota secū congemiscente ecclesia postulant & præcātur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatre ab impietatis suæ liberētur erroribus, vt Iudæis ablato velamine lux veritatis appareat, vt hæretici catholicę fidei p̄ceptione respiscāt, vt schismatici spiritū rediuiuę charitatis accipiāt, vt lapsis p̄cēnitētiæ remediū cōferat, vt deniq; cathecuminis ad regeneratōis sacramēta p̄ductis, celestis aula misericordię reseret, hæc aut̄ nō p̄suntorie, neq; inaniter a dño petire; ipsarū mōstrat effectus, quando quidē ex omni eorū gn̄e plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tñbrarum transferat in regnū filij charitatis suæ, & ex vasis ire faciat vasa misericordiæ, quod adeo totum diuini operis esse sentitur, vt hæc efficiēte deo gratiarū semper actio laudisq; cōfessio, pro illuminatione talium vel correctione referatur.

XII ¶ Illud etiā qd circa baptizandos in vniuerso mūdo sancta ecclesia vniformiter agit nō otioso contēplamur intuitu, cū siue paruuli, siue iuuenes ad regeneratōis veniunt sacramentū, nō prius ad fontē vitæ adeunt quam exorcismis & exufflationibus clericorū spūs ab eis immundus abigat, vt tūc vere appareat, quō princeps mūdi huius mittat foras, & q̄modo prius alligetur fortis, & deinceps vasa eius diripiātur in possessionē translata victoris, qui captiuā ducit captiuitatē, & dat dona hominibus. His ergo ecclesiasticis ex diuina sumptis autoritate documētis ita adiuuāte dño cōfortati sumus, vt omnium bonorū affectuū, atq; operū & omnium studioꝝ omniumq; virtutū, quibus ab initio fidei ad deū tenditur, deum fateamur autorē, & nō dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita p̄ueniri, per quē fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo vtiq; auxilio & munere dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de impudente sit prouidum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas dei, vt nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona, & pro his q̄ largitus est æterna p̄mia sit donaturus, agit quippe in nobis vt qd vult & velim⁹ & agamus, nec otiosa in nobis esse patitur quæ exercēda non negligenda donauit, vt & nos cooperatores simus gratiæ dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum solite recurramus qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitā nostrā, & cui quætidie dicimus, ne inducas nos in tentationē, sed libera nos à malo.

XIII ¶ Profundiores vero difficilioreq; partes occurrētium q̄stionū q̄s latius p̄tractarūt qui hæreticis resisterūt sicut non audemus contēnere, ita nō necesse habem⁹ astruere, quia ad cōfitendū gratiā dei cuius operi ac dignatōi penitus subtrahendū ē, satis sufficere credimus quicquid secundū prædictas regulas apostolicę sedis nō scripta docuerūt, vt prorsus non

Decreta Celestini pape.

sus non opinemur catholicū qd apparuerit præfixis sententijs esse contrarium.

Ad episcopos Gallie epistola eiusdem.

- ¶ Quod non debeant sacerdotes aut clerici amici pallijs & præcincti lumbis in ecclesijs ministrare. ¶ Quod vna quæq; puincia suo metropolitano debeat eē contēta. ¶ Quod nulli sit vltima pnia denegāda. ¶ Quod nolētibus clericis vel populis nemo debeat episcopus ordinari. ¶ Quod p gradus ecclesiasticos ad episcopatū officium debeat quis puenire. ¶ Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum.



E Elestinus vniuersis episcopis p Viennēsem & Narbonēsem puincia cōstituis in dño salutē. Cuperemus quidē de vtriusq; ecclesijs ita ordinatōe gaudere, vt gratularemur potius de puectū quā aliquid admissum contra disciplinā ecclesiasticā doleremus, & nostrā em̄ lecticiā & bñfacta pueniūt, & meroris aculeis nos q̄ fuerint malefacta cōpungūt. Nec silere possimus, cū hoc vt ab illicitis reuocemus aliq̄s officij nisi puocemur instinctū, ī speculis à deo cōstituti vt vigilantē nr̄ diligētīā cōprobātes, & q̄ coerceda sunt, refecemus & q̄ obseruāda sunt sanctiamus. Et quāuis circa longinq; spūalis cura nō deficiat, sed se p oīa qua nomē dei p̄dicat extēdat, nec notitiā nostrā subterfugiūt, q̄ in euerfionē regulaz nouelle p̄sumptōis autoritate tētantur.

F I. ¶ Didiscimus em̄ q̄sdā dñi sacerdotes supstitioso potius cultui inseruere, q̄ mētis velfi dei puritati. Sed nō mirū si cōtra ecclesiasticū morē faciūt, qui in ecclesia non creuerūt, sed ab alio veniētes itinere secū hęc in ecclesiā, quæ in alia cōuersatione habuerāt, intulerunt, amici pallio & lumbos p̄cincti credūt sanctæ scripturæ fidē, nō p spiritū, sed p literā complexuros, Nā si ad hoc ista p̄cepta sunt tū taliter seruaretur, cur nō fuit pariter q̄ sequūtur, vt lucernę ardētes in manibus vna cū baculo teneātur? habeāt aut̄ suū ista mysteriū & intelligētibus ita clara sunt, vt ea magis q̄ decet significatiōe seruētur. Nā in lūborz p̄cinctiōe castitas in baculo regimē pastorale, In lucernis ardētibus bonis fulgor operis indicat, de q̄ dicif. Sic opera vestra luceāt. Habent tū istū forfitan cultū, morē potius q̄ rationē sequētes, qui remotioribus habitāt locis, & procul à cæteris degunt, vñ hic habitus in ecclesijs Gallicanis, vt tot annoz tantorūq; pōtificū in alterū habitū cōsuetudo vertat, discernēdi à plebe vel cæteris sumus doctrina nō veste, cōuersatiōe nō habitu, mētis puritate nō cultu. Nā si frudere incipiam? nouitati, traditū nobis à p̄fibus ordinē calcabimus, vt locū supuacuis supstitōibus faciamus, rudes ergo fidelium mētes ad talia nō debem? inducere, docēdi em̄ potius sunt q̄ illudēdi. Nec iponēdū est eoz oculis, sed mētibus infundēda p̄cepta sunt. Erāt q̄dē multa q̄ p disciplinā ecclesiasticā, p̄ ip̄s rei dicere rōne possē, s; ab his ad alia reuocamur.

G II. ¶ Agnouimus em̄ p̄nitentiā moriētibus denegari, nec illoz desiderijs annuūq; obitus sui tpe hoc aīæ suæ cupiūt remedio subueniri horrem? fateor tātē ipietatis aliquē reperiri, vt de dei pietate desperet, q̄si nō possit ad se quis tpe cōcurrētī succurrere, & periclitatē subonere p̄ctōz hoīem redimere q̄ se illi expēdi desiderat & liberari? Quid hoc rogo aliud q̄ moriētī mortē addere, eiusq; animā sua crudelitate ne absolui possit occidere, cū de? ad subueniēdū sit paratissimus & inuitās ad p̄niam sic p̄mittat p̄ctōri inqt, q̄cunq; die cōuersus fuerit p̄ctā ei? nō iputabunt ei. Et itez nolo mortē p̄ctōris, sed tm̄ cōuertat & viuat. Salutem ergo hoī adimit, quisq; mortis tpe p̄niam denegauerit. Et desperauit de clemētia dei, qui eū ad subueniēdū moriētī sufficere, vel momēto posse nō credit. Perdidisset latro in cruce p̄miū ad Chrī dexterā pedēs suillū vni? horę p̄nia nō iuisset. Cū eēt in p̄na penituit & per vnius sermonis p̄missionē habitaculū paradisi deo p̄mittēte p̄meruit. Vera ergo ad dñm cōuersio ī vltimis p̄ctōz mēte potius ē existimēda, quā tpe p̄pheta hoc taliter asserēte. Cū cōuersus ingemueris tūc saluus eris. Cū ergo dñs sit cordis inspector quis tpe non ē denegāda p̄nia postulāti, cū ille se obliget iudici, cui occulta oīa nouerit reuelari.

III. ¶ Ordinatos vero q̄sdā fratres charissimi ep̄os, q̄ nullis ecclesiasticis ordinibus ad tātē dignitatis fastigiū fuerint instituti cōtra patrū decreta huius vsurpatōe, q̄ se hoc recognoscit fecisse didicimus, cū ad ep̄atum his gradibus frequētissime cautū ē deberet pueniri, vt à minoribus initiati officijs ad maiora firmētur. Debet em̄ an eē discipulus quisquis doctor eē desiderat, vt possit docere qd didicit. Oīs vitæ institutio hac ad id qd tēdit serōne cōfirmat. Qui minime l̄is operā dederit p̄ceptor nō potest eē literarum. Qui non p̄ singula stipendia creuerit, ad meritum ordinē stipēdij non potest puenire. Solum sacerdotiū inter ista rogo vilius est? Quod facilius tribuitur cū difficilius impleatur. Sed iam nō satis ē lai-

cos or-

cos ordinare, qđ nullus fieri ordo pmittit, sed etiā quoz crimina longe latæq; p oēs pœnæ
provincias nota sunt pontificis ordinatur. ¶ Daniel em̄ nuper missa relatōe ex oriētalibus
ad nos partibus ab om̄i qđ tenuerat virginū monasterio nefarijs est obiectiōibus accusatus
multa de multis obiecta flagitijs. In quānā lateret terraz parte quæ sitū est, vt si innocētia,
cōsideret cōtra iudiciū postulātū minime declinaret. Missæ ad Arelatensem ep̄m p fortu-
natum subdiaconū nostrū pceptiones, vt ad iudiciū destinaret ep̄ale. Tantis grauat⁹ testi-
monijs, tanta facinoræ accusatione pulsatus sacraz (vt dicitur) virginū pollutus incesto ep̄s
asseritur ordinatus, & vt in nostris libellis scripij continet, quoz ad vos qđq; exemplaria di-
rexerimus in pontificij dignitatē hoc tēpore quo ad causam dicendā missis à nobis literis
vocabatur, obrepit, Sacro nomini absit iniuria, Facilius est vt hanc dignitatē tali dādo ipse
amiserit ordinatur, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuicto sociabitur qui sibi eū cre-
didit largiēdo pōtificiū sociādum. Qualis enim ipse sit quisquis talem ordinauerit ostēdit.
His ergo in mediū nūc deductis, cū pleriq; nostrū sint qui apostolicæ sedis statuta cogno-
uerint nobiscū tēpore aliquanto versati ad disciplinæ normā nostris cōuēta exhortatio-
nibus omnia fraternitas vestra festinet reuocare.

III ¶ Primū iuxta canonū decreta vnaqueq; provincia suo metropolitano cōtenta sit, A
vt decessoris nostri data ad Narbonensem ep̄m cōtinent instituta, nec vsurpatōi locus ali-
cui sacerdoti in alterius cōcedat iniuriā. Sit cōcessis sibi cōtensus vnusquisq; limitibus, alter
in alterius provincia nihil p̄sumat, nec emeritis in suis ecclesijs peregrini & extranei, & q
ante ignorati sunt ad exclusionē eoz qui bene de suoz ciuū merētur testimonio p̄ponā-
tur, ne nouū qđdam de quo ep̄i fiant videatur esse collegium.

V ¶ Nullus inuitis detur ep̄s, cleri, plebis & ordinis cōsensus & desiderij requirat. Tunc B
alter de altera eligat ecclesia, si de ciuitatis ipsius clero cui est ep̄s ordināndus, nullus dignus
(quod euenire nō credimus) potuerit reperiri, Primum em̄ illi reprobādi sunt, vt aliqui de
alienis ecclesijs merito p̄ferant. Habeat vnusquisq; fructū suæ militiæ in ecclesia in qua suā
per omnia officia trāsēgit ætatē. In aliena stipendia minime alter obrepat, nec alij debitā
alter sibi audeat vendicare mercedē. Sit facultas clericis renitēdi si se viderint p̄grauari, &
quos sibi ingeri ex transuerso agnouerint nō timeant refutare, qui si nō debitū p̄miū vel li-
berum de eo eos qui rectorus est debēt habere iudicium.

VI ¶ Abstineat etiā ab illicitis ordinatōibus. Nullus ex laicis, null⁹ digamus, nullus q sit C
viduz maritus aut fuerit ordinē, sed irrephensibilis & qualē elegit apostolus fiat. Per Moy-
sen dñs p̄cepit. Virginē accipiat sacerdos vxorē. Subsequitur & supplet apostolus eodē lo-
cutus spū, vnus vxoris virū ep̄m debere cōsecrari. Ad hāc ergo eligātur formulā sacerdo-
tes, & si quæ factæ sunt ordinatōes illicite remoueātur, qm stare nō possunt, nec discussio-
nem nostrā subterfugere poterūt, quāuis latere se æstimāt qui taliter puenerūt, & vt nulla
religiōis reuerētia obscuritate fucef, nō sit vana glorificatio palliatis, ep̄alem morē qui ep̄i
sunt sequant. Daniel vt diximus qui accusationē pōtificiali honore subterfugere se credidit
posse, & ad fastigiū tm̄ accusatores suos latēdo puenit, à sanctitatis vr̄æ cætu interim noue-
rit segregatū q se nō iudicio debet obijcere, si cōsciētia suę nouit fidutiā obtinere. Massili-
ensis vero ecclesiæ sacerdos qui dicit (qđ dictu nefas est) in necē fratris taliter gratulatus, vt
huic qui eius sanguine cruētatus aduenerat portionē cū eodē habiturus occurreret ex vr̄o
eum audiendū collegio delegamus. Data VII. Calēn. Augusti Felice, & Tauro cōsulibus.

Ep̄s eiusdē Celestini ad ep̄os Apulie & Calabrie.

- ¶ Quod nulli sacerdoti liceat canones ignorare. ¶ Cap. primū.
- ¶ Quā nō oporteat clericis ecclesiæ contēptis de laicis ep̄os ordinare. ¶ Ca. secūdū.
- ¶ Quod docendus sit populus non sequēdus. ¶ Cap. tertij.

¶ Capitulum primum.



Elestinus vnuerfis ep̄is per Apuliam, & Calabriam cōstitutis. Nulli sacerdo- D
ti liceat canones ignorare, nec quemquā facere qđ patz possit regulis obuia-
re. Quæ em̄ à nobis res digna referuabit, si decretaliū norma cōstitutoz pro
aliquoz libitu licētia populis pmissa frangatur.

II ¶ Audiuimus qđsdā pprijs desitutas rectoribus ciuitates ep̄os sibi velle E
petere de laicis, tantūq; fastigiū tā vile credere, vt hoc his qui nō deo, sed se-
culo militauerint æstimēt nō posse cōferre, nō solū male de suis clericis in quoz contēptū
hoc faciūt iudicātes, sed de nobis pessime, qđ credūt hoc posse facere sentiētes. Quod nunq̄
auderēt, si nō q̄rundā illicitis cōsentiēs snia cōniueret. Ita nihil q̄ frequētius sunt decreta p-
ficiūt, vt hoc qđ nunq̄ de hac pte scriptū fuerit ignoret. Quid pderit p singula clericos sti-
pendia

Decreta Sixti pape.

pendia militasse, & omnē egisse in dominicis castris ætatē, si hi qui præfutura sunt ex laicis requiratur. Qui vacantes seculo, & omnē ecclesiasticū ordinē nescientes saltu proprio in alienū honorē ambiunt immoderata cupiditate transcendere, & in aliud vitæ genus calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ trāsire. Talibus itaq; fratres charissimi qui iuris nostri, id est canonū gubernacula custodimus necesse est obuiemus, hisq; fraternitatē vestrā epistolis cōmonemus, ne quis laicū ad ordinem clericatus admittat, & finat fieri, vñ & illum decipiat & sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

F II ¶ Docēdus est populus nō sequēdus. Nosq; si nesciūt eos, quid liceat, quidue nō liceat cōmonere, nō his cōsensum p̄bere debemus. Quisquis vero conatus fuerit rērare, phibita, sentiat cēsura apl̄icæ sedis minime defutura. Quæ em̄ sola admonitōis autoritate non corrigimus, necesse est p̄seueritatē cōgruentē regulis vindicemus. Per totas ergo hoc q̄ p̄prijs rectoribus carēt ecclesias volumus innotescat, vt nullus sibi spe aliqua forsitan blāditus illudat. Data, xij. Calēn. Augusti Florentio, & Dionisio consulibus.

Incipiunt decreta Sixti pape.

G



Ixtus eps omnibus orientalibus epis in dño salutē. Gratias v̄ræ referimus sanctitati, q̄d in tribulatiōe & p̄secutiōe n̄ra vos visitare misistis, & causæ nostræ finē bonū scire, & esse op̄astis p̄cibusq; deū exorastis, vt mihi in tribulatiōe succurreret, mea meq; adiuuaret, & ab em̄ulis tribulātibus & p̄sequentibus me liberaret. O quā bona est charitas q̄ abentes p̄ imaginē p̄sentes sibi met̄ ipsis exhibet p̄ amorē, diuisa q̄q; vnit, & cōfusa ordinat, inq̄qualia sociat, im̄perfecta cōfirmat. Quā rectē p̄dicator egregius apostolus, videlicet Paulus vinculū p̄fectiōnis vocat, qm̄ virtutes quidē carere p̄fectiōne generāt, sed tñ eas charitas ita ligat, vt ab amātis mēte dissolui iam nequeāt. Hac q̄q; virtute fratres plenos vos spūs sancti gratia eēre perio dū solaciari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec miꝝ charissimi si me p̄sequunt̄ æmuli mei, cū caput nostrū q̄d ē Christus olim æmuli quidē sanctæ dei eccl̄iæ seruorūq; eius sint p̄secuti, vñ & ipsa p̄ se veritas dicit. Si patrē familias Belzebut vocauerūt, quāto magis domesticos eius? Quæ itē dicit. Si de hoc mūdo essetis, mundus, q̄d suū erat diligeret. Sed quia de hoc mūdo nō estis, sed ego elegi vos de mūdo, p̄pterea odit vos mundus. Hæc fr̄es cū & nos sciamus, & alijs nosse p̄dicamus, vosq; ea p̄fectæ scire nō dubitemus p̄pter insidiantū vituperationes, aut accusatōes, vel p̄pter adulātium laudationes, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus, sed inter verba laudantium siue vituperantiū ad mentem semp̄ recurrendū est, & si in ea nō inueniūt bonū q̄d nobis dicit magnā tristitiam ḡnare debet. Et rursus si in ea nō inuenitur malū, q̄d de nobis homines loquunt̄, in magna debemus leticia proficere. Quid em̄ si om̄es laudāt, & cōscientia nos accuset, aut si om̄es accusent & cōscientia nos liberos demōstret? Habemus Paulum dicentē. Gloria n̄ra hæc est testimonium cōscientiæ nostræ. Iob q̄q; dicit. Ecce in cœlis testis meus. Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui q̄d volūt. Quid em̄ aliud detrahētes faciūt, nisi q̄ in puluerē sufflant, atq; in oculos suos terrā excitāt? Vñ plus detractōis perflant inde magis nihil veritatis vidēt, vocādi tñ sunt etiā ipsi, & tranquille admonēdi eisq; satis fieri modis oibus debet, sciētes q̄d de Iudæis veritas ait, ne forte scandalizemus eos. Si aut̄ satis fieri sibi ex veritate noluerint, habes cōsolatōem quā in euāgelio aspicias, quia cū dñs dīctum fuisset, scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt, respondit. Sinite illos, cæci sunt duces cæcorū. Paulus q̄q; ap̄tus admonet dicēs, si fieri potest q̄d ex vobis est, cū oibus hoibus pacē habentes, dicturus cū omnibus hominibus pacē habentes, quia hoc difficile esse perspexit, p̄miserit, si fieri p̄t, & subiunxit, q̄d potest fieri cū dicit q̄d ex vobis est, quia si nos it̄ mente charitatē erga odientes seruare cupimus, & si illi pacē nobiscū nō habent, nos tñ cū illis sine dubio habemus. Qd̄ ergo mādastis, vt scriberē vobis qualiter instans iurgiū cōtra me suscitātū sit vel à quo, vt v̄o ad miniculo pelleret, & causa mea firmaret. Scitote me criminari à q̄dā Basso & iniuste p̄sequi. Quod audiens Valentinianus August⁹ nostra autoritate synodū cōgregari iussit, & factō cōcilio cū magna examinatiōe satisfaciens omnibus licet euadere satis aliter potuissim, suspitionē tñ fugiens corā omnibus me purgavi, me scilicet à suspitione, & emulatione liberās, sed nō alijs qui noluerint, aut sponte hoc nō elegerint faciendo formā exēplūq; dans, cū scriptū sit. Si quis crimen obijcere voluerit scribat se prius p̄baturū & alibi. Criminatōes aduersus doctorē nemo recipiat, & itē. Si quis ep̄us p̄b̄, aut diaconus, vel quilibet clericus, apud ep̄m à qualibet p̄sona fuerint accusati, quicumq; fuerit, siue ille sublimis vir honoris, siue vllius alterius ḡnis p̄sona qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit docēda probatoribus monstrāda documētis se debere inferre.